B 377.

Riccardus Vadiano suo S. Jacobus Spiegel tui et amantissimus
ex Argentina Augustam primum, deinde Insprugk ad nos
venit. primum mihi opus meum, quod feci ex Argentina advexe-
rat, ostendit. ac insuper quasdam emendationes, quas ipse
libros obiter legendo conferret. Cuius officium ac potius labor quo
habita fuit ratio honoris mei, quam summopere placuit. fuique illi
tum presens aliquamdiu, tum et exemplar, quod penes me retinueram
non mediocrem attulit ad rem consummandam. quae scripsisti praeterea
(ut ante) collegi. multa adhuc supersunt. quae se maioribus
annotationibus emendaturum pollicetur. Interim rogo te
mi Vadiane, et quia honori meo consulis, et quia tibi
annotatiunculas dedicavi, operam des, ut Leonardus noster
Bibliopola, maturius quam poterit imprimi isthic faciat, ut
una cum opere ipso, aut paulo post, correctiones veniant
quod non solum nobis consultum erit, sed et sibi. nam ut opera
sine mendis habeantur, ad hoc quoque emptores alliciet
De Helvetiis tuis nihil habeo nisi quod si fidem ostabimus plusquam viri
[illegible]. Cesar Mediolanum obsidet. hostes intra
urbem sunt. qui ne aditus Cesarianis tuto dari posset, suburbia
hii circumcirca incenderunt. quae longe maiora quam tres Viennae
fuisse predicant. summa inde belli populi invidia conflarunt.
Cesar hostem ad pugnam invitavit, qui tamen pertinaciter
intra septa delitescit. arbitramur nos militares viri illos
aut fame perituros: aut pugnam inituros: aut, quod salubrius
erit, fugam capturos. quicquid futurum sit, Cesareo exercitui
consulet. quamquam Helvetii tui sibi ultionis et acceptae cladis
mallent vivere in umbra, quam fugientem hostem cernere, aut tabi
diu fame consumere. Collimitio meo pro aliis literis me commenda-
[illegible] reddidi in Curia ut [illegible] utrisque
Insprugk die ultima Martii M. D. XVI.
Riccardus tuus

Erudito Viro ac Oratorie
Professori Joachimo Vadi
ano fri Honorando

Vienne